

lam succini partim concretã, partim adhuc liquidam, & hanc ceu turgentẽ spiritibus viscosis pellucidissimã, illam obscuriorẽ & porosam, ideoq; ad albedinis aliquẽ gradum accedentem. Variãt itaq; gradus in eadẽ massa, prout crassiores partes tenuibus miscentur, quæ mixtio fit in ipsa scaturigine, fortassis tum, quando calor per ebullitionem attollit crassiores partes, vel quando ex diuersis & variantibus venis materia confluit & confunditur: sic interdum nubes vel aliæ imagines apparent.

Candidum succinum itaque rarissimè videmus esse fossile, quòd à crassa & terrestri falsedine impressionem nullam sustineat. Reliquæ etiam differentia tantò rariores inuentu sunt, quantò facilius calor bituminosos succos, qui sine calore subterraneo generari nequeunt, depascitur & aruit.

Quare videmus in ijs locis, vbi suc-